

Franckesche Stiftungen zu Halle

Pavli Manvtii Commentariivs In M. Tvllii Ciceronis Epistolas Ad Diversos

Accedvnt Eivsdem Scholia Et Hieronymi Ragazonii In Easdem Ciceronis
Epistolas Commentariivs

Manuzio, Paolo

Lipsiae, A.C. MDCCLXXIX

VD18 90852230

Epistolae XV.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

[urn:nbn:de:hbz:5:1-219543](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:5:1-219543)

EPISTOLAE XV.

A R G V M E N T V M.

Quaerenti Luceio, cur ab urbe absit, eiusque sollicitudines minueret conanti, ad utrumque respondet: ligere se non tam filiae obitum, quam reipublicae tempora; in urbe non esse, quod in ea nihil iucundum, odiosa omnia.

E X P L A N A T I O.

Dicerem, iucundus] Dixi iam, nihil esse iucundum, quin idem gratum; non contra: nam saepe multa grata, non eadem iucunda. lib. 4. epist. 6. *Cuius officia, iucundiora scilicet saepe mihi fuerunt; numquam tamen gratiora.*

In omne tempus] Ad temporis et nomen ipsum, et significationem utimur particula *in*. Lib. 11. epist. 14. *In multa secula videbamus rempublicam liberatam.* Et in orat. 3. in Rullum c. 2. *Qui otii et concordiae patronum me in hunc annum reipublicae professus sim.*

Ob eam unam causam] Ob interitum filiae: quo equidem angor, sed non haec una me torquet cura, verum illa simul, quod nec ab amicis, qui supersunt paucissimi, nec ab ipsa republica, quae ipsa quoque interiit, nec mehercule a litteris, quae negare perfugium videntur, solatium petere possum. Eripuit igitur mihi iucunditatem in omne tempus non tam filiae mors, quam amissio reipublicae et amicorum: quae remedia tanti vulneris esse debebant.

Quam tu suspicaris] Scripserat enim Luceius: *Sin autem, sicut hic dum era, et lacrimis ac tristitiae te tradidisti.*

Lenissimis et amantissimis verbis] Ita enim scripserat Luceius,

vt et modestiam suam, et eximiam in Ciceronem beneuolentiam ostenderet.

Re grauiter accusas] In eo loco: *Tu solus aperta non vid. bis?*

Illius tanti vulneris] Cruciatu ex obitu filiae summus translatione demonstratur. est enim acerbis vulnerum dolor, eoque magis, quo grauiora sunt. ideo satis non putauit, *vulneris*, sed addidit, *tanti*. sic ad Sulpicium, lib. 4. epist. 6. *Hoc tam graui vulnere.*

Habuiamus enim fere communes] Propterea scis, quam non multi superflint.

Occiderunt] Ciuili bello Caesaris et Pompeii, vt duo Lentuli, L. Domitius, M. Bibulus, Ap. Claudius, L. Scipio, consulares omnes.

Obduerant] Vt M. Marcellus, qui Mitylenis in exsilio maluit, quam in patria seruitute oppressa vitam ducere. postea tamen, Ciceronis litteris, redditum suadentibus, permotus, cum ad urbem se conferret, in itinere a familiari suo Magio Cilone occisus est. lib. 4. epist. 12.

Vetustas] Vetus notitia. lib. 10. epist. 10. lib. 11. epist. 16. lib. 13. epist. 32.

In Tusculano] Quae villa fuerat antea L. Sullae dictatoris. Plinius lib. 22. c. 6.

Vicinitas non requiritur] Pos-
sunt ciues, licet prope non habi-
tent, crebro tamen, nec vllò in-
commodo, simul esse, quia forum
commune sit, quo omnes quotidie
fere coeunt.

Florere] Gratia, auctoritate, glo-
ria. lib. 4. epist. 13. *In qua vrbe
modo gratia, auctoritate, gloria flo-
ruimus, in ea nunc iis quidem omni-
bus caremus.*

Oporteret] Quia senibus rerum
pro republica gestarum, optimo-
rumque consiliorum praemia sunt
gratia, auctoritas, gloria.

Viueretiam pueret] Amissa
libertate, sine qua bonis ciuibus
dulce nihil est. lib. 4. epist. 13.
*Saepe mihi veniebat in mentem,
queri, quod ita viuerem, quam gau-
dere, quod viuerem.* Et lib. 7.
epist. 3. *Vbi non sis, qui fueris, non
esse cur velis viueret.*

Domesticis] Non domesticis or-
namentis, sed solatiis: ornamentis
autem forensibus. nam, cum eum
reipublicae calamitatibus moeren-
tem consolari filia soleret; dome-
sticum quoque, illius morte, sola-
tium amiserat. lib. 4. epist. 6. *Mi-
hi, amissis ornamentis iis, quae ipse
commemorabas, quaeque eram maxi-
mis laboribus adeptus: vnum ma-
nebat illud solatium, quod creptum
est.* Et in eadem, paullo post:
*Non enim, ut tum me a republica
moestum domus excipiebat, quae
lenaret: sic nunc, domo moerens,
ad rempublicam confugere possum,
ut in eius bonis acquiescam.*

Forensibus ornamentis] Hone-
state, dignitate, honoribus. haec
enim nominat Sulpicius lib. 4.
epist. 5. et Cicero respondens orna-
menta sua vocat. Potest etiam re-

ferri ad gratiam, auctoritatem, glo-
riam: quibus cum antea Cicero
floruisse, caruit omnino post in-
teritum reipublicae, idque scribis
lib. 9. epist. 13.

Quid enim aliud facere possum] Sublata reipublicae administrandae facultate.

Ipsae illae] Quibus vtor assidue.

A portu] In eas enim ego me,
tot malis vexatus, tamquam ex
tempestate in portum recepi: sed
eiicior et excludor: hoc est, ne in
iis quidem acquiesco: quandoqui-
dem exprobrare mihi videntur,
quod in ea vita maneam, in qua
miseria semper eadem futura sit.
oderunt enim turpia: nec seruitu-
te quidquam turpius.

*In qua nihil insit, nisi propaga-
tio miserrimi temporis*] Quod Plau-
tus dixit in Trin. Act. 2. Sc. 2.
v. 59.

— *Illi producit vitam ad mi-
seriam.*

Hic] Quae cum ita sint, tu ta-
men ea me abesse vrbe miraris.
subiungitur admiratio narrationi:
ut lib. 7. epist. 13. *Hic tu me et-
iam insimulas.* Lib. 5. in Ver. c. 52.
*Hic tu etiam dicere audebis, Est in
iudiciis ille familiaris meus, est
paternus amicus ille?* Pro Archia
c. 4. *Hic tu tabulas desideras He-
racleensium publicas.* Sic lib. 1.
epist. 9. *Hic ego, quantum huma-
no consilio efficere potui, circum-
spectis rebus omnibus, rationibus-
que subductis, summam feci cogi-
tationum mearum, omnium.*

Fori, curiae] Iudiciorum, et se-
natus. nam in foro iudicia, in cu-
ria senatus habebatur. lib. 4. epist.
6. *Nil in foro agere libebat: ad-
spicere curiam non poteram.*

Medici-